

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Mores iuuenum, virorum, & senum. Capvt III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

quos, honesta, & legitima dicere oportet, an cum plebe bellua multorum capitum, cum qua negotiorum tractare difficultissima res omnium. Neque vero satis est dignitatem in viris spectare, sed morum, & conditionis, & ingenij rationem habere oportet: prudenter igitur Aristoteles in Rhetorica agit de moribus iuuenium, & senum, & virorum, quae ego hinc in ratiōne subiicie.

## Mores iuuenium, virorum, &amp; senum.

## CAPUT III.

**H**ieronymus in Ecclesiastem cap. 12, paucis adolescentiam definens, huic adiungit comitem stultitiam. Chrysostomus epist. 3. ad Olympiadem ait, hac etate ingenitum esse libidinum tempestatem, magnam yecrō rationis imbecillitatem. Η πολλὴ τὸ ἐπιδυνατότερη. Καὶ οὐδὲν δέ τοι λογισμός. Similiter Ambrosius de Abel, & Cain lib. 1. cap. 3. iuuenturem variarum illecebris passionum feruere. Sed ubi maturior etas accesserit, tanquam pubescens laetitia tempestate disculsa tranquillitatem refundi, & in quodam portus quietos lassae animae nauigium subducere. Basilius in cap. 3. Isaiae, pluribus iuuenturis mores describit. Plato lib. 7. de legibus, facit puerum quauis bestia intractabiliorem his verbis, οὐ πάτερ πάντων δημόσιος εὐτελεία χαρισμάτων, οὐ τοῦ γάρ ξενηπονήντος φρονεῖν μητερών πατέρων μέντην επιβουλούν, οὐ δέσμου, οὐ διβριστάτων δημόσιων γέγονται.

Iuuenes sunt cupidi, & parati ad efficiendā, ut concipiuerint, sectatores voluptatum, & in horis mutabilis, fastidiosi in cupiditatibus, & ceteriter quidem, & valde concupiscunt, statim vero sedantur, velimentes sunt eorum impetus, sed non diuturni: cuiusmodi ex grorum sitis, & famessat senum cupiditates, partim decrescunt, partim languescunt, quare lucri sunt audi, & remissis voluptatibus lucro seruiunt, viri mediocriter se habent ad voluptates.

**A**rte dicta. Iuuenes sunt iracundi, statim excandescunt, violentia, tēs, maximē si propter studium honoris Turpia.

parui sunt: Senes excandescunt imbecillius; viri moderatius.

Iuuenes studiosi sunt honoris, & excellētiæ, & victoriae magis, quam pecuniarum. Nondum enim expertatam experitū sunt. Senes ob causam sunt viræ appetentes, maxime extremo tempore, quia cupiditas est rei absentis, & quo minus est vita, eo magis desiderant.

Iuuenes, vt plurimum non sunt malis moribus, quod non sint veteratores: Senes contra, sunt magis versipelles, vt omnia in potrem partem rapiant, viri sunt in utroque moderationes.

Iuuenes sunt crudeli, quia nondum in multis deceperit: Senes suspicioſi, quia magis petiti: Viri, neque leuiter credunt, neque omnibus derelahunt fidem.

Iuuenes sperant multa, quia futuri multum habent: Senes timent omnia, etiam rursum, viri, neque nimis confidunt, neque nimis timent.

Iuuenes sunt verecundi, & facile erubescunt: Senes duriorēm habent frontem: Viri, ut Apollinis neque omnino verecundi, neque sine aliquo rubore sunt.

Iuuenes honesta, præferunt utilibus: Senes necessaria honestis, Viri mediocriter obtemperant inter parsimoniam, & luxuriam.

Iuuenes curiosi sunt sordidum, gaudent enim confuetudine: Senes non ita: Viri mediocriter.

Iuuenes in omnibus ferē sunt nimis, nimis amant, nimis oderunt, tum putant se scire omnia: Senes peccant defectu, & putant quidam, sciant autem nihil: Viri, neque amant, neque oderunt effusus, sed oderunt quasi a maturi, & amant quasi odio habituri.

Iuuenes misericordes sunt, sua enim innocentia cæteros metuntur: Hoc ipsum viris, & sensibus conuenit.

Iuuenes rident lubenter, & sunt faceti: Senes plerunque in laetitia odere ridiculos: Viri sectantur mediocritatem. Hæc paucis Horatius complexus est.

*Aetatis cuiusque notandi sunt ibi moris, Mobilibusque decor, yiratus dandus, & an in aliis nichil.*

*Reddere, qui voces iam scit puer, & pudi certare.*

*Signat humum, gestis paribus colludere, & iram.*

*Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horum.*

*Emberbi iuuenie, tandem cysode remoto,  
Gaudet equus, canibique, & apricigramine  
campi:*

*Cereus in vitium fletti, monitoribus asper,  
Vrili-mardus prouisor, prodigus eris,*

*Sublimus, cupidusque, & amas a relinguere  
pernix:*

*Conuersis studijs etas, animusque virilis  
Querit opes, & amicitias: inferuit honoris:*

*Commissoe casus, quid mox mutare laboreat:  
Multus enim circumueniens incommoda:*

*vel quo*

*Quaria, & inuentis miser abstinet, & timet  
utri.*

*Vel quod res omnes timide, gelideque mini-  
strat.*

*Dilator, spe longus, ibers, uniusque futuri:*

*Difficilis, querulus, laudator temporis acti,  
Se puer, Censor, Castigatorque minorum.*

Et hæc quidem aurea, Aristoteli, & Horati digna iudicio: sed tamén ingenia plenarum in consuetudine, & vita ratione, atque institutis ita murantur, ut inueniantur senes pueri, & pueri senes. Hoc erit prudentis oratoris animaduertere. Ex his, quæ dicta sunt colliges, ut plurimum iuueniem animos illecebria gloriae titillando, temperandum aliquando in eorum leuioribus viis, expectandum tantisper donec iracundia, & cupiditates defervescent, nihil cum cupidis agi, defecatis emotionibus animi, omnia futura remissiora, contra torrentem non esse iuctandum. At si indomita libidines fucint, & maior in dies audacia, præcipue in agrestibus animis, ut non modo temporis longinquitate non mitescat, sed obfirmata malitia incrementis serpat latius: efficiendam, ut qui lenitatem contempserunt, seueritas aculeos sentiant. Solent enim simillima ingenia, ut muscae aceto, sic seueritate excutiari, aut ad exemplum aliorum frangi, si modo curvari non possunt. Apud senes maximè spectanda erit viuitas, pecunia, prædiorum, opulentia, & omnium commodorum ad vitam accessio. Apud viros, ut ipsi rationem audiunt, oratio crit ex honestate, & utilitate temperante.

da

### Mores secundum conditionem.

#### C A P V T I V .

**N**obiles omnino sunt honoris cupidi, Ita <sup>Nobilium</sup> enim compositum est hominum ingenium, ut ea, quæ habent, studiosius querant, & accumulent. At nobilitas est dignitas quedam, & honor maiorum, quo sit, ut aliud, atque alium honorem semper appetant. Ide quoque facile contemnunt, sunt enim fastidiosi stomachi. Diuites sunt sàpè contumaces, contumeliosi, delicati, ob molitatem, & felicitatis ostentationem arrogantes, apud quos difficile est agere, nisi torrens fortunæ virtute reprimatur. Sed licet apud Theophrastum videre elegantissimos harum personarum characteres.

### Mores plebis.

Mores plebis deliribunt summi artifices, Plato, Salust, Cornelius Tacitus, Seneca, Xenophon.

Platonis dicitur, bellua multorum capitum. Σηγίον πολυκέφαλοι.

Xenophonti ἀχάριστον, θειδον, έπονον, απαιδευτον, multitudo, inquit ingrata, crudelis, infida, imperita.

Cornelius ait, vulgi sunt impigræ linguae, ignaui animi.

Liuuius, priuata cuique stimulatio, vile de-  
cus publicum.

Salustius, multitudo vulgi, magis more, quam iudicio, post alium alius, quasi pruden-  
tiorum sequitur.

Item. Natura iuividum vulgus ægris ocu-  
lis alienam felicitatem intueatur. Ingenio est mobili seditionis, atque di-  
cordiosum, cupidum nouarum rerum, quieti,  
& otio aduersum, aut feruit humilius, aut su-  
perbe dominatur. Haec, & alia Lipsius. Apud  
huncmodi homines, nisi prius bonis moribus  
excolantur, difficillima est omnino oratio, v-  
bi nulla ratio. Itaque in istis, & similibus  
satiis conticefcere, quanu sine fructu, & sàpè  
cum maximo periculo verbâ facere. Tentan-  
da sunt etiam nonnunquā remedia seueriora,  
vbi minime profundem. Sed haec tenus de mo-  
ribus personæ.

Iam in deliberativo genere spectandus se-  
quitur post efficientem finis, & is, honestas

G g g 2 cum